Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1736

VD18 90103165

N. I. Formalia gedachter Garantie.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53029

Visual Library

woruͤber man ſich bey einer Stunde lang, mit ratiociniren pro & contra aufhielt, und unterſchiedliche Expedientia, vermittelſt welcher dieſer paſſus alſo geſtellet werden koͤnte, daß es dem Hauſe Oeſterreich nicht præjudicirte, u. gleichwohl auch dasjenige, ſo in Inſtrumento Pacis ſolenniter verſprochen worden, nicht violiret, u. dadurch ins kuͤnftig neue ſchaͤdliche Motus im Reich erweckt werden moͤchten, ins Mittel brachte, bis endlich die Kayſerliche ſelbſt, nach begehrten Abtritt der Deputirten, und unter ſich gepflogener Unterredung, ſich dahin erklaͤreten, daß dieſe gantze Clauſula oder Conditio: *Si Rex Hiſpaniarum ſine prole maſcula e vita decedat &c.* außgelaſſen werden ſolte; Worauf ermeldte Deputirte alſo fort zu den Grafen Servient gefahren, und ihm dies Expediens angedeutet, womit derſelbe, wie auch mit noch einigen andern, von den Kayſerlichen Geſandten hier und dar bey geſetzten Erinnerungen wohl zu frieden geweſen, und alſo dieſe Sache dergeſtalt wie die Beylage ſub N. I. zeiget, geſchlichtet worden iſt. Zu deſſen mehrern Erleuterung das Protocollum ſub N. II. dienet.

N. I.

Particular-Guarantie des Reichs uͤber Elſas.

Notum ſit omnibus, cum ex parte Sacræ Cæſareæ Majeſtatis & Imperii per Pacificationem nuper hic publicatam, inter alia quæ in puncto Satisfactionis Gallicæ, Sacræ Majeſtati Chriſtianiſſimæ ceſſa ſunt, *Landgraviatus utriusque Alſatiæ* cum *Suntgovia*, *Præfectura Provinciali decem Civitatum Imperialium in Alſatia ſitarum & Briſaco*, etiam ceſſus fuerit, & pro ſecuriori dictarum rerum poſſeſſione, præter Cæſaris, Statuum Imperii, & Domus Auſtriacæ ſpecialem ceſſionem & renunciationem, etiam Regis Catholici ceſſio & renunciatio fuerit promiſſa, quibus omnibus præſtitis, ſua Majeſtis Chriſtianiſſima una cum aliis rebus reſtituendis, *Quatuor Civitates Sylveſtres*, Dominis Archi-Ducibus Auſtriæ, & nominatim Domino Archi-Duci Ferdinando Carolo reſtituere, & *tres Myriades* librarum Turonenſium ſolvere tenetur: Nunc vero in Ratificationum & conſequenter dictarum Ceſſionum extradendarum termino, Regiæ Catholicæ Majeſtatis ceſſio ad manus non ſit, unde Sacræ Majeſtatis Chriſtianiſſimæ Legatus ſibi ratificationes commutandi jus non eſſe declaravit, niſi iſti impedimento ſufficiens, & quidem tale remedium afferatur, ut Coronæ Galliæ ex defectu Hiſpanicæ ceſſionis, quoad quietam prædictarum rerum poſſeſſionem, nullum contingere poſſit præjudicium, & in eum finem præter ſpecialem Imperii Guarantiam, Quatuor Civitatum Sylveſtrium reſtitutionem & conventæ pecuniæ ſolutionem a parte Coronæ Galliæ ſuſpendendam eſſe contenderit, in vim declarationis Suæ Excellentiæ a parte Statuum Imperii traditæ die decimo quinto Octobris proxime præteriti; Electorum vero Principum & Statuum Legati de implemento Cæſareæ promiſſionis nullatenus dubitent, quin imo dictam ceſſionem propediem adfuturam confidant, & idcirco, ne per ratificationum ſuſpenſionem effectus pacis protrahatur, Domini Legati deſiderio deferendum judicent.

Quod ideo ſuorum Principalium nomine, ultra generalem in Inſtrumento Pacis comprehenſam, ſe ad ſpecialem Guarantiam & manutentionem contra quoscunque, qui quocunque tempore, modo aut prætextu in præjudicium Coronæ Galliæ contra ſupradictam ſatisfactionem ejusque quietam poſſeſſionem quicquam moliti fuerint, tamdiu præſtandam armata manu ſe obligant, eamque vigore præſentium ſincere promittunt & eadem obligatione in prædictam ſuſpenſionem, reſtitutionis nimirum quatuor Civitatum Sylveſtrium & ſolutionis pretii conventi conſentiunt, donec ceſſio Hiſpanica Chriſtianisſimæ Regiæ Majeſtati vel ejus Plenipotentiario realiter extrada-

tur

1648. Dec. tur, quod cum quocunque brevi ſeu longo ab hinc tempore factum fuerit, dictus Legatus Galliæ viciſſim promittit, Chriſtianiſſimam Suam Majeſtatem ſtatim abſque mora & ſine ulla exceptione hac ſpeciali Statuum obligatione penitus extincta, remanente tantum obligatione reciproca, ſive guarantia in Inſtrumento Pacis expreſſa, Sereniſſimæ Domui Auſtriacæ, juxta tenorem dicti Inſtrumenti Pacis, etiam Sylveſtres Civitates hucusque retentas abſque omni ulteriori exceptione vel cunctatione reſtituturam & promiſſam pecuniam ſoluturam, pendente autem illa reſtitutione nullam omnino in locis retentis innovationem facturam aut fieri permiſſuram, quæ jus aut cauſam Domus Auſtriacæ ulla ratione duriorem reddere poſſit. Et cum dicta retentio non aliter quam duntaxat majoris ſecuritatis cauſa intelligenda ſit, omne Dominium Utile in retentis locis, ſtatim poſt factam ratificationum commutationem, una cum aliis rebus reſtituendis dicto Domino Archi-Duci reſtituetur & præſidia militaria, quæ in dictis quatuor Civitatibus nomine Regis Chriſtianisſimi tenebuntur, propriis Suæ Mejeſtatis ſumtibus ſuſtentabuntur. Porro ſola prædictorum locorum & pecunia ſuſpenſiva retentione excepta, reliqua, quæ præſtanda ſunt, integerrime præſtabuntur, & pax amicitiaque contracta abſque ulla contraventione accurate ſervabitur, non obſtante dictæ ceſſionis Hiſpanicæ interſtitio, et quamprimum commutatio ratificationum facta fuerit, ab utraque parte ad ſinceram & realem omnium, quæ in Inſtrumento Pacis continentur, executionem ſine ulla mora vel exceptione devenietur. 1648. Dec.

In quorum omnium & ſingulorum fidem & inviolabilem obſervantiam, hanc ſpecialis guarantiæ & reciprocam præſtandorum conventionem, Pacificationi conformem & utrinque obligatoriam, nomine Chriſtianiſſimæ Regiæ Majeſtatis Dominus Legatus Galliarum, nomine vero omnium Electorum Principum & Statuum Imperii iidem Deputati, eademque autoritate, qua publico Pacis Inſtrumento ſubſcripſerunt, propriæ manus ſubſcriptione & ſigilli appoſitione corroboraverunt, & tria exemplaria pariter obligatoria deſuper confecta ſunt, quorum unum Dominis Cæſareanis, alterum Domino Galliarum Legato, & tertium Imperii nomine, Directorio Moguntino tradita.

Signatum Monaſterii Weſtphalorum, die Januar. 1649.

N. II.

Protocollum d. d. 27. Dec. 1648.

Mittwochs den 27. Dec. hor. 10. verſammleten ſich die Deputirten auf dem Biſchoffs-Hoff, denen Kayſerlichen, dem geſtrigen Concluſo nach, auf ihre Quæſtiones zu antworten. Und war bey etlichen eine ziemliche Hitze zu verſpühren, wie denn der Braunſchweig-Calenbergiſche Geſandte vorſchluge, er hätte geſtern in Voto dafür gehalten, wenn die Cronen nicht alſobald zur Commutation ſchreiten wollten, ſo ſollten die Kayſerlichen und Stände ihre Ratificationes deponiren; in weiterm Nachſinnen befinde er viel beſſer, ſie commutirten ſie gar, dadurch würden die Königlichen Geſandten gezwungen, auch zu commutiren, welches der Chur-Bayeriſche auch approbirte. Wir andern aber ſchwiegen ſtille dazu.

Bey denen Herren Kayſerlichen proponirte der Chur-Mayntziſche Herr Mehl, man hätte der Herren Kayſerlichen vorgelegte Fragen in Deliberation gezogen, und gienge der Stände Gutachten dahin; daß vor allen Dingen auf die Commutation der Ratificationum zu dringen ſey, wie wir dann zu ſolchem End den Herren Frantzöſiſchen Geſandten, und wo möglich, den Herren Schwediſchen auch noch heute, oder doch dieſen Morgen, geliebtes GOtt, früh beweglich zuſprechen wollten. Denn wenn die Commuta-